


ANN. XIV. - N. 88

MENSE JUNIO


AN D. MCMXLIV



PALAESTRA LATINA

SUMMARIUM

- Bibliographia
(MIR, BAGARIA)
Laudes Horatianae
(FANLO)
T. Livii Historiae
Al mar
(AVELLANEDA)
In mare
(SARMIENTO)
Index rerum
Exercitationes scholares
(MARTIN, BONJOCH)
Curiosa et Jocosa
(OLIVERAS, SIDERA, GARCIA,
VIÑAS, TOLOSA, APERTE)
Epistulae liberae



Or dinarii et Superiorum permissu

PALAEstra LATINA

Premium subnotationis annuae, solutione antelata, est 10 pesetarum in Hispania et Lusitania, 12 pes. in America et Philippinis insulis, et 12 pes. in reliquis civitatibus. Premium mittatur oportet ad Administratorem, Lauria, 5 - Barcinone - Apart. 1042

Bibliographia

Systema generale stenographiae Samuelis Taylor, professoris Oxoniensis. — Ad linguam latinam accommodavit I. C. Danzer, p. 47. — Budapest. 1944 A Juventus Kiadása.

Forsitan lectores nostri crediderint se in exscribendo sermone latino numquam stenographia seu tachygraphia uti posse; ne cunctetur: parvulum legant volumen — quod Dr. J. Wagner in ephemeride JUVENTUTE edidit et nunc in volumen rededit atque versione hungara ornavit —, atque paucis diebus hac methodo optime scribent.

R. Roca Puig, Pbro. — *Gramática Griega; método cílico, tres cursos.* Publicaciones y Edic Spes. Barcelona, 1943

Grammatica Graeca Dris, R. Roca studiorum Ordini aptatur, atque tribus voluminibus rationem, quam dicunt, cyclicam sequitur. Leges breviter, clare, ratione et scientia traduntur, paradigmata in primis alumnorum menti hae-rebunt; syntaxis optimo judicio, sed forte pressius, explicatur Exercitia cum vocabularis et parva anthología subsequens in exercendis alumnis atque in scriptoribus interpretandis maxime ju-vabunt: quae tamen exercitia et excerp-ta si uberiora essent: opus certo redde-retur perfectius. Grammaticam tamen optimam atque probandam censemus

J. M. MIR, C. M. F.

Aparicio, S. J. — *M. T. Cicerón, defensa de Ligario,* (Introducción, texto anotado y estudio oratorio), 5 ptas.

Págs 49 — 1942. Establecimientos Cerón y Librería Cervantes. S. L., Cádiz.

Ciceronis Pro Q. Ligario orationem lectoribus tradit P. Aparicio, litterarum latinarum haud ignobilis certe cultor et scriptor, illamque introductione ornavit atque optime illustravit. Frequentes, ad calcem, notulae quae ad syntaxim, ad verborum significationem, ad historiam spectant, etsi nonnullae ab auditoribus, hoc a meis didici vel ipse, desiderentur. Bibliographiam admodum selectam ha-bet; qui textus eligitur maximi ab ho-diernis criticis aestimatur. Quod maxi-me laudandum reperio illud est quod Ciceronis psycologiam frequentissime Auctor admonet.

D. Mayor, S. J. — *Demóstenes. — Por la Corona, texto escolar.* pags. 190. — Sal Terrae, Santander, 1943.

Haec editio scholaris Demosthenis pro corona, disertissima oratio, has vir-tutes imprimis continet: conspectum generalem eruditio-ne plenum; typorum claritatem visui jucundissimam; histo-riæ graecæ et temporum adjuncta ora-tionem magnopere perlustrantia, notu-las tandem altam linguae Graecæ cognitionem exprimentes, quae tamen, optimo consilio, breves sunt nam, in appendice, synthesis syntaxis graecæ, a lectoribus quae consulatur prostrat. Duo libellos, humanissime lector, tibi commendatos habe.

JOSEPHUS BAGARIA, C. M. F.

LAUDES HORATIANAE

ex omnibus Horatii metris digestae

Me sine, Horati, — ०० | - ० | ^१
 Hanc quibus usus eras — ०० | - ०० | - ^२
 Metris, texere laudem. - - | - ०० | - - ^३
 Laurus nulla perennior - - | - ०० | - ० | ० ^४
 Qua tua Melpomene redimivit - ०० | - ०० | - ०० | - - | - ^५
 Tempora; tu nulli vatum concedis honore, - ०० | - ०० | - ०० | - ०० | - - | ^६
 Quin suas victi tibi - ० | - ० | - ० | - ० | - ^७
 Cuncti coronas deferunt. ० ० | ० - | ० ० | ० ० ^८
 Obscura plerisque umbra texit ० | - ० | - ० | - ० | - ० ९
 Nomen; tuum vero perire nescium ००० | ००० | ००० | ००० | ००० | ० - ^{१०}
 Aeterna vivet saecula excolendum. ००० | ००० | ००० | ००० | ००० | ० - ^{११}
 Pergis tu digito praetereuntium - - | - ०० | - // | - ०० | - ० | ० ^{१२}
 Omnium princeps lyricen notari. - ० | - - | - // | ०० | - ० | - ० ^{१३}
 Almo fuiſti carus Apollini ० | - ० | - ० | - ०० | - ० | ० ^{१४}
 Ipse Heliconis ad arduum egit - ०० | - ०० | - ० | - ० ^{१५}
 Sccum te usque apicem quem tetigit nemo propinquius
 - ० | - ०० | - // | - ०० | - // | - ०० | - ० | ० ^{१६}
 Te canit universus - ०० | - ० | - ० ^{१७}
 Orbis et plaudit jubilans; effugiet superflues. - ० | - - | - // | ०० | - | - ०० | - ० | - ० ^{१८}
 Libitinam tua fama, et licet ille ०० - - | ०० - - | ०० - ० ^{१९}
 Fraſtis cardinibus ruerit, tibi ſtabit uſque fixum
 - ०० | - ०० | - ०० | - ०० // | - ० | - ० | - ० ^{२०}
 Quod tibi tu monumentum exegeris firmissimum;
 - ०० | - ०० | - // | ० - | ० - | ०० ^{२१}
 En vicies saecli fugae reſtitit incolume! ० - | ० - | ० - | ० - // | - ०० | - ०० ० ^{२२}

† LEANDER FANLO, C. M. F.

१ Metrum Adonicum (Exemplum in I, २). —
 २ Trimetrum daſtylicum catalepticum (I, ५). —
 ३ Pherecrateum (I, ५). — ४ Glyconeum (I, ५).
 — ५ Alemanicum (c. I, ७). — ६ Hexametrum (in
 Saturis et Epistulis). — ७ Dimetrum trochaicum
 catalepticum (II, १८). — ८ Dimetrum iambicum
 (ep. १). — ९ Alcaicum eneasyllabum (I, ९). —
 १० Trimetrum iambicum (ep. I). — ११ Trimetrum

iambicum catalepticum (II, १८). — १२ Asclepia-
 deum minus (I, १). — १३ Sapphicum minus (I, २).
 — १४ Alcaicum hendecasyllabum (I, ९). — १५
 Alcaicum decasyllabum (I, ९). — १६ Asclepia-
 deum majus (I, ११). — १७ Aristophanicum (I, ८).
 — १९ Ionicum (III, १२). — २० Archilochium ma-
 jus (I, ४). — २१ Elegiambicum (Ep. ११). — २२
 Iambelegicum (Ep. १३).

faciunt, eamque, cum et vis venti apta faciendo igni coorta esset, succendunt ardentiaque saxa infuso aceto putrefaciunt. Ita torridam incendio rupem ferro pandunt molliunt. 160 que anfractibus modicis clivos, ut non jumenta solum, sed elephanti etiam deduci possent. Quatriduum circa rupem consumptum, jumentis prope fame absumptis; nuda enim fere cacumina sunt et, si quid est pabuli, obruunt nives. Inferiora valles apricosque quosdam colles habent rivosque 165 et prope silvas et jam humano cultu digniora loca. Ibi jumenta in pabulum missa et quies muniendo fessis hominibus data; triduo inde ad planum descensum, jam et locis mollioribus et accolarum ingeniis.

Hoc maxime modo in Italiam peruentum est, quinto 170 mense a Carthagine Nova, ut quidam uctores sunt, quinto decimo die Alpibus superatis.

(Lib. XXI, c. XXXII-XXXVIII)

22. — Batalla de Trasimeno

Hannibal quod agri est inter Cortonam urbem Trasumennumque lacum omni clade belli pervastat, quo magis iram hosti ad vindicandas sociorum injurias acuat; et jam peruennerat ad loca nata insidiis, ubi maxime montes Coronenses Trasumennus subit. Via tantum interest perangusta, velut ad *id ipsum* de industria relicto spatio, deinde paulo latior patescit campus, inde colles adsurgunt. Ibi castra in aperto locat, ubi ipse cum Afris modo Hispanisque consideret; Baliares ceteraque levem armaturam post 10 montes circumducit, equites ad ipsas fauces saltus, tumulis

apte tegentibus, locat, ut, ubi intrassent Romani, objecto equitatu, clausa omnia lacu ac montibus essent.

Flaminius cum pridie solis occasu ad lacum pervenisset, inexplorato posteō die vixdum satis certa luce angustiis superatis, postquam in patentiore campum pandi agmen coepit, id tantum hostium quod ex adverso erat conspexit, ab tergo ac super caput decepere insidia. Poenus ubi, id quod petierat, clausum lacu ac montibus et circumfusum suis copiis habuit hostem, signum omnibus dat simul invadendi. Qui ubi, qua cuique proximum fuit, decucurrerunt, eo magis Romanis subita atque improvisa res fuit quod orta ex lacu nebula campo quam montibus densior sederat agminaque hostium ex pluribus collibus ipsa inter se satis conspecta eoque magis pariter decucurrerant. Romanus clamore prius undique orto quam satis cerneret se circumventum esse sensit, et ante in frontem lateraque pugnari coeptum est quam satis instrueretur acies aut expediti arma stringique gladii possent.

Consul perculis omnibus ipse satis, ut in re trepida, impavidus, turbatos ordines, vertentesque se quoque ad 30 dissonos clamores, instruit ut tempus locusque patitur et, quacumque adire audirique potest, adhortatur ac stare ac pugnare jubet: «nec enim inde votis aut imploratione Deum, sed vi ac virtute evadendum esse; per medias acies ferri viam fieri et, quo timoris minus sit, eo minus ferme periculi esse.» Ceterum prae strepitu ac tumultu nec consilium nec imperium accipi poterat, tantumque aberat ut sua signa atque ordines et locum noscerent ut vix ad arma

capienda aptandaque pugnae competet animus opprime-
 40 renturque quidam, onerati magis iis quam testi. Et erat in
 tanta caligine major usus aurium quam oculorum. Ad ge-
 mitus vulnerum ictusque corporum aut armorum et mixtos
 terrentium paventiumque clamores circumferebant ora ocu-
 losque. Alii fugientes pugnantium globo illati haerebant;
 45 alios redeuntes in pugnam avertiebat fugientium agmen.
 Deinde, ubi in omnes partes neququam impetus capti et
 ab lateribus montes ac lacus, a fronte et ab tergo hostium
 acies cladebat apparuitque nullam, nisi in dextra ferro-
 que, salutis spem esse, tum sibi quisque dux adhortator-
 50 que factus ad rem gerendam, et nova de integro exorta
 pugna est, non illa ordinata per principes hastatosque ac
 triarios, nec ut pro signis antesignani, post signa alia pug-
 naret acies, nec ut in sua legione miles aut cohorte aut
 manipulo esset: fors congregabat et animus suus cuique
 55 ante aut post pugnandi ordinem dabat, tantusque fuit ar-
 dor animorum, adeo intentus pugnae animus ut eum mo-
 tum terrae qui multarum urbium Italiae magnas partes
 prostravit avertitque cursu rapido amnes, mare fluminibus
 invexit, montes lapsu ingenti proruit, nemo pugnantium
 60 senserit.

Tres ferme horas pugnatum est, et ubique atrociter;
 circa consulem tamen acrior infestiorque pugna est. Eum et
 robora virorum sequebantur et ipse, quacumque in parte
 premi ac laborare senserat suos, impigre ferebat opem; in-
 65 signemque armis et hostes summa vi petebant et tuebantur
 cives, donec Insuber eques (Ducario nomen erat), facie-

quoque noscitans consulem, «En,» inquit, «hic est,» pop-
 ularibus suis, «qui legiones nostras cecidit agrosque et
 urbem est depopulatus; jam ego hanc victimam Manibus
 peremptorum foede civium dabo.» Subditisque calcaribus 70
 equo per confertissimam hostium turbam impetum facit,
 obtruncatoque prius armiero, qui se infesto venienti ob-
 viam objecerat, consulem lancea transfixit; spoliare cupien-
 tem triarii objecis scutis arcuere. Magnae partis fuga inde
 primum coepit; et jam nec lacus nec montes pavori obsta-
 bant: per omnia arta praeruptaque velut caeci evadunt,
 armaque et viri super alii alias praecipitantur. Pars magna,
 ubi locus fugae deest, per prima vada paludis in aquam
 progressi, quoad capitibus umerisque extare possunt, sese
 immergunt; fuere quos inconsultus pavor nando etiam ca-
 80 pessere fugam impulerit; quae ubi immensa ac sine spe
 erat, aut deficientibus animis hauriebantur gurgitibus, aut
 neququam fessi vada retro aegerrime repetebant atque ibi
 ab ingressis aquam hostium equitibus passim trucidaban-
 tur. Sex milia ferme primi agminis, per adversos hostes 85
 eruptione impigre facta, ignari omnium quae post se age-
 rentur ex saltu evasere, et, cum in tumulo quodam consti-
 tissent, clamorem modo ac sonum armorum audientes,
 quae fortuna pugnae esset neque scire nec perspicere pree-
 caligine poterant. Inclinata denique re, cum incandescente 90
 sole dispulsa nebula aperuisset diem, tum liquida jam luce
 montes campique perditas res stratamque ostendere foede
 Romanam aciem. Itaque, ne in conspectos procul immitte-
 retur eques, sublatis raptim signis, quam citatissimo pote-

95 rant agmine sese abripuerunt. Postero die, cum super cetera extrema fames etiam instaret, fidem dante Maharbale, qui cum omnibus equestribus copiis nocte consecutus erat, si arma tradidissent, abire cum singulis vestimentis passum, sese dediderunt; quae Punica religione servata fides 100 ab Hannibale est, atque in vincula omnes coniecti.

Haec est nobilis ad Trasumennum pugna atque inter paucas memorata populi Romani clades. Quindecim milia Romanorum in acie caesa, decem milia, sparsa fuga per omnem Etruriam, diversis itineribus urbem petiere; duo 105 milia quingenti hostium in acie, multi postea ex vulneribus periere. Hannibal, captivorum qui Latini nominis essent sine pretio dimissis, Romanis in vincula datis, segregata ex hostium coacervatorum cumulis corpora suorum cum sepeliri jussisset, Flaminii quoque corpus funeris causa magna cum cura inquisitum non invenit.

Romae ad primum nuntium cladis ejus cum ingenti terrore ac tumultu concursus in forum populi est factus. Matronae, vagae, per vias, quae repens clades allata quaeve fortuna exercitus esset obvios percontantur; et cum, frequentis contionis modo, turba in comitium et curiam versa magistratus vocaret, tandem haud multo ante solis occasum M. Pomponius praetor: «Pugna, inquit, magna vieti sumus.» Et, quanquam nihil certius ex eo auditum est, tamen aliis ab alio impleti rumoribus domos referunt consulalem cum magna parte copiarum caesum, superesse paucos, aut fuga passim per Etruriam sparsos aut captos ab hoste. Quot casus exercitus vieti fuerant, tot in curas distraicti

animi eorum erant quorum propinquai sub C. Flaminio consule meruerant, ignorantium quae cujusque suorum fortuna esset, nec quisquam satis certum habet quid aut 125 speret aut timeat. Postero ac deinceps aliquot diebus ad portas major prope mulierum quam virorum multitudo stetit, aut suorum aliquem aut nuntios de iis opperiens; circumfundebanturque obviis sciscitantes, neque avelli, utique ab notis, priusquam ordine omnia inquisissent poterant. Inde varios vultus disgregantium ab nuntiis cerneret, ut cuique laeta aut tristia nuntiabantur, gratulantesque aut consolantes redeuntibus domos circumfusos. Feminarum praecipue et gaudia insignia erant et luctus: unam in ipsa porta sospiti filio repente oblatam in complexu ejus exspirasse ferunt; alteram, cui mors filii falso nuntiata erat, maestam sedentem domi ad primum conspectum redeuntis filii gaudio nimio exanimatam. Senatum praetores per dies aliquot ab orto usque ad occidentem solem in curia retinent, consultantes quonam duce aut quibus copiis resisti victoribus Poenis posset.

(Lib. XXII. c. III-VIII)

23. — Aníbal en Capua

Hannibal post Cannensem pugnam *castraque bina* capta ac direpta confestim ex Apulia in Samnium moverat. Ibi praeda omni atque impedimentis relictis, exercitu partito. Magonem regionis ejus urbes aut deficiente ab Romanis accipere aut detrectantes cogere ad defectionem jubet, ipse 5 per agrum Campanum mare inferum petit, oppugnaturus

Neapolim, ut urbem maritimam haberet. Ab urbe oppugnanda Poenum absterruere conspecta moenia, haudquaquam prompta oppugnanti.

Inde Capuam fletit iter, luxuriantem longa felicitate atque indulgentia fortunae, maxime tamen, inter corrupta omnia, licentia plebis, sine modo libertatem exercentis. Prona semper civitas in luxuriam, non ingeniorum modo vitio, sed affluentia copia voluptatum et illecebris omnis amoenitatis maritimae terrestrique, tum vero ita obsequio principum et licentia plebis lascivire ut nec libidini nec sumptibus modus esset. Ad contemptum legum magistratum, senatus accessit tum post Cannensem cladem ut, cuius aliqua verecundia erat, Romanum quoque spernerent imperium.

Legati ad Hannibalem venerunt pacemque cum eo condicionibus his fecerunt, «ne quis imperator magistratusve Poenorum jus ullum in civem Campanum haberet neve civis Campanus invitus militaret munusve faceret; ut suae leges, sui magistratus Capuae essent; ut trecentos ex Romanis captivis Poenus daret Campanis quos ipsi elegissent, cum quibus equitum Campanorum qui in Sicilia stipendia ficerent permutatio heret.» Haec paeta; illa insuper quam quae paeta erant facinora Campani ediderunt: nam praefectos socium civesque Romanos alios, partim aliquo militiae munere occupatos, partim privatis negotiis implicitos, plebs repente omnes comprehensos velut custodiae causa balneis includi jussit, ubi fervore atque aestu anima interclusa foedus in modum exspirarent.

(Lib. XXIII, c. I VII)

24. — Pacuvio y Perolla

Hannibal ingressus urbem deversatus est apud Ninnios Celeres, Stenium Pacuviumque, inclitos nobilitate ac divitiis. Eo Pac. Calavius, princeps factionis ejus quae traxerat rem ad Poenos, filium juvenem adduxit, abstractum a Decii Magii latere, cum quo ferocissime pro Romana societate 5 adversus Punicum foedus steterat nec eum aut inclinata in partem alteram civitas aut patria majestas sententia depulerat. Huic tum pater juveni Hannibalem, deprecando magis quam purgando, placavit, vietusque patris precibus lacrimisque etiam ad cenam eum cum patre vocari jussit, cui 20 convivio neminem Campanum praeterquam hospites Vibelliumque Tauream, insignem bello virum, adhibiturus erat. Epulari coeperunt de die, et convivium non ex more Punico aut militari disciplina esse, sed, ut in civitate atque etiam domo diti ac luxuriosa, variis omnium voluptatum 15 illecebris instruetum. Unus nec dominorum invitatione nec ipsius interdum Hannibalis Calavius filius pellici ad vinum potuit, ipse valetudinem excusans, patre animi quoque ejus haud mirabilem perturbationem causante. Solis ferme occasu, patrem Calavium ex convivio egressum secutus filius, ubi in secretum (hortus erat posticis aedium partibus) pervenerunt, «Consilium, inquit, affero, pater, quo non veniam solum peccati, quod defecimus ad Hannibalem, impetraturi ab Romanis, sed in multo majore dignitate et gratia simus Campani quam unquam fuimus futuri.» Cum 25 mirabundus pater quidnam id esset consilii quaereret, toga

rejecta ab umero latus succinctum gladio nudat: «Jam ego, inquit, sanguine Hannibalis sanciam Romanum foedus. Te id prius scire volui, si forte abesse, dum facinus patratur, 30 malles.»

Quae ubi vidit audivitque senex, velut si jam agendis quae audiebat interesset, amens metu, «Per ego te, inquit, fili, quaecumque jura liberos jungunt parentibus precor quaeisque ne ante oculos patris facere et pati omnia infanda velis. Paucae horae sunt, intra quas, jurantes per quicquid Deorum est, dextrae dextras jungentes fidem obstrinximus: vis, sacratas fide manus, digressi a colloquio, extemplo in eum armemus? Ab hospitali mensa surgis, ad quam tertius Campanorum adhibitus es ab Hannibale, ut 40 eam ipsam mensam cruentis hospitis sanguine? Hannibalem pater filio meo potui placare, filium Hannibali non possum! Sed sit nihil sancti, non fides, non religio, non pietas; audiatur infanda, si non perniciem nobis cum scelere ferunt. Unus aggressurus es Hannibalem? Quid illa turba tot libe- 45 rorum servorumque? quid in unum intenti omnium oculi? quid tot dextrae? torpescunt in amentia illa? Vultum ipsius Hannibal, quem armati exercitus sustinere nequeunt, quem horret populus Romanus, tu sustinebis? Ut ab aliis auxilia desint, me ipsum ferire, corpus meum opponentem pro 50 corpore Hannibal, sustinebis? Atqui per meum peccatum petendus ille tibi transfigendusque est. Sed hic te deterrei sine potius quam illic vinci; valeant preces apud te meae, sicut pro te hodie valuerunt.» Lacrimantem inde juvenem cernens medium complectitur atque osculo haerens non

ante precibus abstitit quam pervicit ut gladium poneret fi- 55 demque daret nihil facturum tale. Tum juvenis: «Ego qui- dem, inquit, quam patriae debeo pietatem exsolvam patri. Tuam doleo vicem, cui ter proditae patriae sustinendum est crimen, semel cum defectionem iniisti ab Romanis, iterum cum pacis cum Hannibale fuisti auctor, tertio hodie, cum 60 restituenda Romanis Capuae mora atque impedimentum es. Tu, patria, ferrum, quo pro te armatus hanc arcem hostium inii, quoniam parens extorquet, recipe.» Haec cum dixisset, gladium in publicum trans maceriam horti abjecit et, quo minus res suspecta esset, se ipse convivio reddidit. 65 (Iib. XXIII. c. I. II. IV. VII. VIII. IX)

25. — Cornelio Escipión

Fuit Scipio non veris tantum virtutibus mirabilis, sed arte quoque quadam ab juventa in ostentationem earum compitus, pleraque apud multitudinem aut *ut* per nocturnas visas species aut velut divinitus mente monita agens, sive et ipse capti quadam superstitione animi, sive ut impe- 5 ria consiliaque, velut sorte oraculi missa, sine cunctatione exsequerentur. Ad hoc jam inde ab initio praeparans animos, ex quo togam virilem sumpsit, nullo die prius ullam publicam privatamque rem egit quam in Capitolium iret ingressusque aedem consideret et plerumque solus in secre- 10 to ibi tempus tereret. Hic mos, quem per omnem vitam ser- vabat, seu consulto seu temere vulgatae opinioni fidem apud quosdam fecit, Stirpis eum divinae virum esse, rettulique famam in Alexandro Magno prius vulgatam, et va-

15 nitate et fabula parem, «anguis immanis concubitu conceputum et in cubiculo matris ejus visam persaepe prodigii ejus speciem interventuque hominum evolutam repente atque ex oculis elapsam.» His miraculis nunquam ab ipso elusa fides est; quin potius auáta arte quadam nec abnuendi tale quic-
20 quam nec palam affirmandi. Multa alia ejusdem generis, alia vera, alia assimulata, admirationis humanae in eo juvane excesserant modum; quibus freta tunc civitas aetati haudquaquam maturae tantam rerum molem tantumque imperium permisit.

(Lib. XXVI. c. XIX.)

26. — Pórcio Catón

In hoc viro tanta vis animi ingeniique fuit ut, quocumque loco natus esset, fortunam sibi ipse facturus fuisse videretur. Nulla ars neque privatae neque publicae rei gerendae ei defuit. Urbanas rusticasque res pariter callebat.
5 Ad summos honores alios scientia juris, alios eloquentia, alios gloria militaris provexit; huic versatile ingenium sic pariter ad omnia fuit ut natum ad id unum diceres quodcumque ageret. In bello manu fortissimus, multisque insignibus clarus pugnis; idem, postquam ad magnos honores 10 pervenit, summus imperator; idem in pace, si jus consuleres, peritissimus, si causa oranda esset, eloquentissimus, nec is tantum cuius lingua vivo eo viguerit, monumentum eloquentiae nullum extet; vivit immo vigetque eloquentia ejus scriptis omnis generis. Orationes et pro se 15 multae et pro aliis et in alias; nam non solum accusando,

sed etiam causam dicendo fatigavit inimicos. Simultates nimio plures et exercuerunt eum et ipse exercuit eas; nec facile dixeris utrum magis presserit eum nobilitas an ille agitaverit nobilitatem. Asperi procul dubio animi et linguae acerbae et immodice liberae fuit, sed invicti a cupiditatibus 15 animi, rigidae innocentiae, contemptor gratiae et divitiarum. In parsimonia, in patientia laboris periculique ferrei prope corporis animique: quem ne senectus quidem, quae solvit omnia, fregerit; qui sextum et octagesimum annum agens causam ipse pro se oraverit scripsiteritque, nonagesimo anno Ser. Galbam ad populi adduxerit judicium.

(Lib. XXXIX. c. XL)

27. — Triunfo de Paulo Emilio

Romam primum reges captivi, Perseus et Gentius, in custodiam cum liberis abducti, dein turba alia captivorum. Paullus ipse post dies paucos regia nave ingentis magnitudinis, quam sexdecim versus remorum agebant, ornata Macedonicis spoliis non insignium tantum atriorum, sed etiam 5 regiorum textilium, adverso Tiberi ad urbem est subiectus, completis ripis obviam effusa multitudine. Paucos post dies Anicius et Octavius classe sua advehti. Tribus iis omnibus decretus est ab senatu triumphus. Summam omnis captivi auri argenteaque translati sestertium milies ducenties fuisse 10 Valerius Antias tradit: qua haud dubie major aliquanto summa ex numero plaustrorum ponderibusque auri, argen-

AL MAR



Suspende, mar, suspende tu eterno movimiento,
por un instante acalla tu hórrido bramar;
y pueda sin espanto medirte el pensamiento,
o en tu húmeda llanura tranquila reposar.
Del infinito imagen, terrífica y sublime
concíbete la mente, temblando el corazón;
tu inmensidad severa con su poder me oprime,
y comprenderte no osa mi tímida razón.
Ni el vuelo de la mente tus límites alcanza;
se pierde recorriendo tu vasta soledad;
absorta si contemplo tu indómita pujanza,
atónita si admiro tu augusta majestad.
¡Espíritu invisible que reinas en su seno,
y oscilación perpetua le imprimes sin cesar!
¿Qué dices cuando bramas terrible como el trueno?
¿Qué dices cuando imitas doliente suspirar?
¿Al mundo acaso cuentas el poderoso arcano
que en el abismo inmenso sepulta tu poder?
¿O luchas blasfemando con la potente mano
que enfrena tu soberbia, segundo Lucifer?
Coloso formidable te he visto en tu osadía,
para escalar el cielo montañas levantar,
y al trueno de la altura, tu trueno respondía
cual si el poder divino quisieras insultar.
Mas luego quebrantado tu poderoso orgullo
atleta ya vencido, mirábate rendir;
y en la ribera humilde, con lánguido murmullo,
rodabas por la arena tus olas de zafir.
Entonces tu ribera buscaba complacida,
gozando de tu calma mi ardiente corazón;
y acuso los pesares de mi agitada vida,
adormeció un instante dulcísima ilusión.
Así tal vez, pensaba, sucedense los días,
tras sí llevando raudos, las penas y el placer,
y pasan con los duelos las fiestas y alegrías,
y nada, por ventura, durable puede ser.
Que pasan las naciones y pasan los imperios
y un siglo al otro siglo sucede sin cesar...
El porvenir tan sólo, conserva sus misterios!
El mar allá que inmóvil nos mira delirar!
¡Prosigue, mar, prosigue tu eterno movimiento,
cual sigue de mi vida la triste actividad!
En ti con entusiasmo se fija el pensamiento,
y si te busca en calma, te admira en tempestad.
Prosigue, mar, prosigue, que pasan con tus olas,
recuerdos de amargura, recuerdos de placer,
y en lontananza velan inmóviles y solas,
las rocas que resisten tu indómito poder.
Así la fe se eleva, y en lo interior del alma,
venciendo tempestades, conserva su vigor:
prosigue, mar, prosigue, y en tempestad o calma,
proclama la grandeza de tu inmortal Autor!

GERTRUDIS GÓMEZ
DE AVELLANEDA

IN MARE



Vertit:
RAYM. SARMIENTO,
C. M. F.

Villae Rosarii in
Argentina

Denique perpetuos compescite, caerulea, motus,
accipiant tandem murmura saeva modum;
Concava metiri mihi sit fas aequora mentem
litore vel madido membra librare tuo.
Numinis excelsi miram pavidamque figuram
mens oculis haurit, corde tremente, suis;
Inde gravis valido jaetatur pondere molis
et visum trepidans decidit ante tuum:
Nec lustrare potens celeri tua regna volatu
labitur erratis finibus illa tuis;
Anxia, turbato vis cum tumet aspera ponto,
terrata, grande tuo cum nitet ore decus.
Virtus, quae serpis nulli cernenda meatus
perpetuisque cies aestibus ima salis:
Ingerminans tonitru, quae fundis dicta, coruscum?
insimulans querulos, quae tua verba, sonos?
Forsitan et superetas pandis secreta sub auras
quae tua sunt vasto condita multa sinu?
Bella moves manibus fastus qui temperat aequis
volvis et in summum verba proterva Deum?
Cernimus insolitis caelestes scandere sedes
nisibus et magnum tollere pondus aquae:
Fulminibusque poli jaculans tum fulmina pontus
est quasi divinas ludere visus opes.
Ceu vietus, laxis fastus modo viribus, heros
mulcebat tumidi saeva pericla freti;
Et modo deducens fulvos ad litora fluctus
tranquilla bibulis sternere pace sablis.
Laetaque tunc siccis tecum spatiabar harenis
pectore dum moto gestit amica quies.
Temporis exiguum placidissima fallit imago
quod mea curarum pectora pressat onus;
Gaudia carpentes animi curasque sequaces
sic fugiunt, frene non remorante, dies;
Lucibus interdum dilabitur alma profestis
et nihil in certo statque manetque loco.
Gens humana ruit regumque sacra potestas
et saeculum densant saecula quaque prius...
Quid ferat una videt venturi temporis aetas,
et mare deliros quod videt usque tenax!
Pergas, ponte, tuos aeternos volvere motus
lucis ut urgentur vivida fata meae!
Spiritus obtutu gaudet defixus utroque:
torpet sive fragor sive procella tonat.
Volve, fretum, fluctus! Persaepe recedit in undis
causaque moeroris laetitiaque caput;
Firma procul rupes liquidis quae prodit in arvis
evigilat diras frangit et una minas.
Sic retinens vires animi in penetralibus imis
se levat, effracto turbine, casta fides.
Volve, fretum, fluctus! Tumidumve aut murmure lento
tolle perimmensum Aevipotentis opus!

ti generatim ab ipso scriptis efficitur. Alterum tantum aut in bellum proximum absumptum aut in fuga, cum Samothracen peteret, dissipatum tradunt; eoque id mirabilius erat quod tantum pecuniae intra triginta annos post bellum Philippi cum Romanis partim ex fructu metallorum, partim ex vestigalibus aliis coacervatum fuerat. Itaque admodum inops pecuniae Philippus, Perseus contra praedives bellare cum Romanis coepit.

Ipse postremo Paullus in currus, magnam cum dignitate alia corporis, tum senecta ipsa maiestatem p[re]se ferens: post currum, inter alios illustres viros, filii duo, Q. Maximus et P. Scipio; deinde equites turmatim et cohortes perditum suis quaeque ordinibus.

Sed non Perseus tantum per illos dies documentum humanorum casuum fuit, in catenis ante currum victoris ducis per urbem hostium duabus, sed etiam viator Paullus, auro purpuraque fulgens. Nam duobus e filiis, quos, duobus datis in adoptionem, solos nominis, sacerorum familiae que heredes retinuerat domi, minor, ferme duodecim annos natus, quinque diebus ante triumphum, major, quattuordecim annorum, triduo post triumphum decessit; quos praetextatos currus vehi cum patre, sibi ipsos similes praedestinantes triumphos, oportuerat.

Paucis post diebus, data a M. Antonio, tribuno plebis, conione, cum de suis rebus gestis more ceterorum imperatorum dissereret, memorabilis ejus oratio et digna Romano principe fuit:

«Quanquam et qua felicitate rem publicam administra-

verim et quae duo fulmina domini meam per hos dies perculerint non ignorare vos, Quirites, arbitr[or], cum spectaculo vobis nunc triumphus meus, nunc funera liberorum meorum fuerint, tamen paucis quaeso sinatis me cum publica felicitate comparare eo quo debeo animo privatam meam fortunam. Profectus ex Italia, classem a Brundisio sole orto solvi: nona diei hora cum omnibus meis navibus Corcyram tenui. Inde quinto diei Delphis Apollini pro me exercitibusque et classibus vestris sacrificavi. A Delphis quinto die in castra perveni: ubi exercitu accepto, mutatis quibusdam quae magna impedimenta victoriae erant, progressus, quia inexpugnabilia castra hostium erant neque cogi pugnare poterat rex, inter praesidia ejus saltum ad Petram evasi et ad Pydnam regem acie vici. Macedoniam in potestatem populi Romani redigi, et quod bellum per quadriennium quattuor ante me consules ita gesserunt ut semper successori traderent gravius, id ego quindecim diebus perfeci. Aliarum deinde secundarum rerum velut preventus secutus: civitates omnes Macedoniae se dediderunt; gaza regia in potestatem venit; rex ipse, tradentibus prope ipsis Dis, in templo Samothracum cum liberis est captus. Mihi quoque ipsi nimia jam fortuna videri eoque suspecta esse. Maris pericula timere coepi in tanta pecunia regia in Italianam trajicienda et victore exercitu transportando. Postquam omnia secundo navium cursu in Italianam pervernerunt neque erat quod ultra precarer, illud optavi, ut, cum ex summo retro volvi fortuna consuisset, mutationem ejus domus mea potius quam res publica sentiret. Itaque

defunctam esse fortunam publicam mea tam insigni cala-
mitate spero, quod triumphus meus, velut ad ludibrium
casuum, humanorum, duobus funeribus liberorum meo-
rum est interpositus. Et, cum ego et Perseus nunc nobilia
maxime sortis mortalium exempla spectemur, ille, qui ante
se captivos, *captivus* ipse, duci liberos vidi, incolumes
75 tamen eos habet; ego, qui de illo triumphavi, ab alterius
funere filii curru in *Capitolium vectus*, ad alterum, ex Ca-
pitolio prope jam expirantem veni; neque ex tanta stirpe
liberum superest qui L. Aemilii Paulli nomen ferat. Duos
enim, tanquam ex magna progenie liberorum in adoptio-
80 nem datos, Cornelia et Fabia gens habent; Paullus in domo
praeter senem nemo superest. Sed hanc cladem domus
meae vestra felicitas et secunda fortuna publica consolant-
tur.» Haec tanto dicta animo magis confudere audientium
animos quam si miserabiliter orbitatem suam deflendo lo-
85 cutus esset.

(Lib. XI. V, c. XXXV, XL, XLI; XLII)

28. — Muerte de Cicerón

M. Cicero sub adventum triumvirorum urbe cesserat,
pro certo habens, id quod erat, non magis Antonio eripi-
se quam Caesari Cassium et Brutum posse. Primo in Tus-
culanum fugerat; inde transversis itineribus in Formianum,
5 ut ab Cajeta navem consensurus, proficiscitur. Unde ali-
quotiens in altum provectum cum modo venti adversi ret-
tulissent, modo ipse jactationem navis, caeco volvente
fluetu, pati non posset, taedium tandem eum et fugae et

vitae cepit; regressusque ad superiorem villam, quae paulo
plus mile passibus a mari abest: «Moriar, inquit, in patria 10
saepe servata.» Satis constat servos fortiter fideliterque pa-
ratos fuisse ad dimicandum, ipsum deponi lecticam et quie-
tos pati quod sors iniqua cogeret jussisse. Prominenti ex
lectica praebentique immotam cervicem caput praeclsum
est. Nec satis *id stolidae crudelitati militum* fuit; manus 15
quoque, scripsisse in Antonium exprobantes, praeciderunt.
Ita relatum caput ad Antonium, jussuque ejus inter duas
manus in rostris positum, ubi ille consul, ubi saepe consularis,
ubi eo ipso anno adversus Antonium quanta nulla
unquam humana vox cum admiratione eloquentiae auditus 20
fuerat. Vix attollentes *præ lacrimis oculos homines intueri*
trucidati membra civis poterant.

Vixit tres et sexaginta annos, ut, si vis afuisset, ne
immatura quidem mors videri possit. Ingenium et operibus
et praemiis operum felix; ipse fortunae diu prosperae et in 25
longo tenore felicitatis magnis interim iactus vulneribus,
exilio, ruina partium pro quibus sterterat, filiae exitu tam
tristi atque acerbo, omnium aduersorum nihil ut viro di-
gnum erat tulit praeter mortem; quae vere aestimanti mi-
nus indigna videri potuit, quod a victore inimico nihil 30
crudelius passus erat quam quod ejusdem fortunae com-
pos viro fecisset. Si quis tamen virtutibus vitia pensarit,
vir magnus ac memorabilis fuit et in eius laudes exse-
quendas Cicerone laudatore opus fuerit.

Lib. CXX)

29. — Roma es invencible

Nihil minus quae situm a principio hujus operis videri potest, quam ut plus justo ab rerum ordine declinarem, varietatibusque distinguendo opere et legentibus velut diverticula amoena et requiem animo meo quaererem; tam
5 men tanti regis ac ducis mentio (*Alexandri Magni*) quibus saepe tacitis cogitationibus volutavit animum, eas evocat in medium, ut quaerere libeat quinam eventus romanis rebus, si cum Alexandro foret bellatum, futurus fuerit. Plurimum in bello pollere videntur militum copia et virtus,
10 ingenia imperatorum, fortuna, per omnia humana, maxime in res bellicas potens: ea et singula intuenti et universa, sicut ab aliis regibus gentibusque, ita ab hoc quoque facile praestant invictum Romanum imperium.

Jam primum, ut ordiar ab ducibus comparandis, haud
15 equidem ab uno egregium ducem fuisse Alexandrum; sed clariorem tamen eum facit, quod unus fuit, quod adulescens in incremento rerum, nondum alteram fortunam expertus, decessit. Ut alios reges clarios ducesque omittam, magna exempla casuum humanorum, Cyrum, quem maxi-
20 me Graeci laudibus celebrant, quid nisi longa vita, sicut Magnum modo Pompejum, vertenti praebuit fortunae? Recensem duces romanos, nec omnes omnium aetatum, sed ipsos eos, cum quibus consulibus aut dictatoribus Alexandro fuit bellandum, M. Valerium Corvum, C. Mar-
25 cium Rutilum, C. Sulpicium, T. Manlium Torquatum?... Deinceps ingentes secuntur viri, si Punicum Romano pree-

vertisset bellum seniorque in Italiam trajecisset. Horum in quolibet cum indeoles eadem, quae in Alexandro, erat animi ingeniique, tum disciplina militaris, jam inde ab initiis urbis tradita per manus, in artis perpetuis praecepsis ordinatae modum venerat. Ita reges gesserant bella, ita deinde exatores regum Junii Valeriique, ita deinceps Fabii, Quintii, Cornelii, ita Furius Camillus, quem juvenes ii, quibus cum Alexandro dimicandum erat, senem viderant.

Militaria opera pugnando abeunti Alexandro —nam 35 ea quoque haud minus clarum eum faciunt— cessisset vide- licet in acie oblatus par Manlius Torquatus aut Valerius Corvus, insignes ante milites quam duces, cessissent Decii, devotis corporibus in hostem ruentes, cessisset Papirius Cursor illo corporis robore, illo animi! Vietus esset consi- 40 liis juvenis iuvis, ne singulos nominem, senatus ille, quem qui ex regibus constare dixit unus veram speciem Romani senatus cepit. Id vero erat periculum, ne sollerius quam quilibet unus ex iis, quos nominavi, castris locum caperet, commeatus expediret, ab insidiis praecaveret, tem- 45 pus pugnae deligeret, aciem instrueret, subsidiis firma- ret.

Non cum Dareo rem esse dixisset, quem mulierum ac spadonum agmen trahentem, inter purpuram atque aurum, oneratum fortunae apparibus suae, praedam verius quam 50 hostem, nihil aliud quam bene ausus vana contemnere, incruentus devicit. Longe alias Italiae quam Indiae, per quim temulento agmine comisabundus incessit, visus illi habitus esset, saltus Apuliae ac montes Lucanos cernenti

55 et vestigia recentia domesticae cladis, ubi avunculus ejus nuper, Epiti rex Alexander, absemptus erat.

Et loquimur de Alexandro nondum merso secundis rebus, quarum nemo intolerantior fuit. Qui si ex habitu novae fortunae novique, ut ita dicam, ingenii, quod sibi 60 vix induerat, spectetur, Dareo magis similis, quam Alexander in Italiam venisset; et exercitum Macedoniae oblitum degenerantemque jam in Persarum mores adduxisset. Referre in tanto rege piget superbam mutationem vestris et desideratas humi jacentium adulaciones, etiam vestris Mace- 65 donibus graves, nedum vixtoribus, et foeda supplicia et inter vinum et epulas caedes amicorum et vanitatem emen- tiendae stirpis. Quid, si vini amor in dies fieret acrior? Quid, si trux, ac praeferenda ira? — Nec quicquam dubium inter scriptores refero. — Nullane haec damna imperatoris 70 virtutibus ducimus? Id vero periculum erat, quod levissimi ex graecis, qui parthorum quoque contra nomen romanum gloriae favent, dictitare solent, ne maiestatem nominis Alex- andri, quem ne fama quidem illis notum arbitror fuisse, sustinere non potuerit populus romanus, et adversus quem 75 Athenis, in civitate fratre, Macedonum armis, cernente tum maxime prope fumantes Thebarum ruinas, contionari libere ausi sint homines, id quod ex monumentis oratio- num patet, adversus eum nemo ex tot proceribus romanis vocem liberam missurus fuerit.

80 Quantalibet magnitudo hominis concipiatur animo, unius tamen ea magnitudo hominis erit, collecta paulo plus decem annorum felicitate; quam qui eo extollunt, quod

populus Romanus, etsi nullo bello, multis tamen proeliis vietus sit, Alexandro nullius pugnae non secunda fortuna fuerit, non intelligunt se hominis res gestas, et ejus juve- 85 nis, cum populi jam octingentesimum bellantis annum rebus conferre. Miremur, si, cum ex hac parte saecula plura numerentur quam ex illa anni, plus in tam longo spatio quam in aetate tredecim annorum fortuna variaverit? Quin tu hominis cum homine et ducis cum duce fortunam confers? 90 Quot romanos duces nominem, quibus nunquam adversa fortuna pugnae fuit! Paginas in annalibus fastisque magistratum percurrere licet consulum dictatorumque, quorum nec virtutis nec fortunae ullo die populum Romanum paenituit. Et, quo sint mirabiliores quam Alexander aut quis- 95 quam rex, denos vicenosque dies quidam dictaturam, nemo plus quam annum consulatum gessit; ab tribunis plebis dilectus impediti sunt; post tempus ad bella ierunt, ante tempus, comitiorum causa, revocati sunt; in ipso conatu rerum circumegit se annus, collegae nunc temeritas nunc 100 pravitas impedimento aut damno fuit; male gestis rebus alterius successum est; tironem aut mala disciplina institutum exercitum acceperunt. At hercule reges, non liberi solum impedimentis, omnibus sed domini rerum temporumque, trahunt consiliis cuncta, non secuntur. Invictus ergo 105 Alexander cum invictis ducibus bella gessisset, et eadem fortunae pignera in discrimen detulisset; immo etiam eo plus periculi subisset, quod Macedones unum Alexandrum habuissent, multis casibus non solum obnoxium sed etiam offerentem se, Romani multi fuissent, Alejandro vel gloria 110

vel rerum magnitudine pares, quorum suo quisque fato
sine publico discrimine viveret morereturque.

Restat ut copiae copiis comparentur vel numero vel mi-
litum genere vel multitudine auxiliorum. Censebantur ejus
115 aetatis lustris ducenta quinquagena milia capitum. Itaque in
omni defectione sociorum Latini nominis urbano prope di-
lectu decem scribebantur legiones; quaterci quinque exer-
citus saepe per eos annos in Etruria, in Umbria Gallis
hostibus adjunctis, in Samnio, in Lucanis gerebant bellum.
120 Latium deinde omne cum Sabinis et Volscis et Aequis et
omni Campania et parte Umbriae Etruriaeque et Picentibus
et Marsis Paelignisque ac Vestinis atque Apulis, adjuncta
omni orā Graecorum inferi maris a Bruttii Neapolim et
Cumis et inde Antio atque Ostiis tenuis, aut socios validos
125 Romanis aut fractos bello invenisset hostes. Ipse trajec-
set mare cum veteranis Macedonibus, non plus triginta
milibus equitum, maxime Thessalorum: hoc enim roboris
erat. Persas, Indos aliasque si adjunxisset gentes, impedi-
mentum majus quam auxilium traheret.

130 Adde quod Romanis ad manum domi supplementum
esset; Alexandro —quod postea Hannibali accidit—, alieno
in agro bellanti exercitus consenuisset. Arma, clipeus sari;
saeque illis; Romano scutum, majus corpori tegumentū
et pilum, haud paulo quam hasta vehementius iactu missu-
135 que telum. Statarius uterque miles, ordines servans; sed
illa phalanx immobilis et unius generis, Romana acies
distinctior, ex pluribus partibus constans, facilis partienti,
quamcumque opus esset, facilis jungenti. Jam in opere quis

par Romano militi, quis ad tolerandum laborem melior?
Uno proelio vates Alexander viatus esset; Romanum, 140
quem Caudium, quem Cannae non fregerunt, quae fregis-
set acies? Ne ille saepè, etiam si prima prospere evenissent,
Persas et Indos et imbellem Asiam quaesisset et cum fe-
minis sibi bellum fuisse dixisset, quod Epiri regem Ale-
xandrum, mortifero vulnere iactum, dixisse ferunt, sortem 145
bellorum in Asia gestorum ab hoc ipso juvē cum sua
conferentem. Evidem cum per annos quattuor et viginti
primo Punico bello classibus certatum cum Poenis recor-
dor, vix aetatem Alexandri sufficietram fuisse reor ad
unum bellum; et forsitan, cum et foederibus vetustis junc- 150
ta res punica Romanae esset et timor par adversus com-
munem hostem duas potentissimas armis virisque urbes
armaret, simul Punico Romanoque obrutus bello esset.
Non quidem Alejandro duce nec integris Macedonum
rebus, sed experti tamen sunt Romani Macedonem hostem 155
adversus Antiochum, Philippum, Persen, non modo cum
clade ulla, sed ne cum periculo quidem suo.

Absit invidia verbo et civilia bella sileant: nunquam
ab equite hoste, nunquam a pedite, nunquam aperta acie,
nunquam aequis, utique nunquam nostris locis laboravi- 160
mus; equitem, sagittas, saltus impeditos, avia commeatibus
loca gravis armis miles timere potest: mille acies graviores
quam Macedonum atque Alexandri avertit avertetque,
modo sit perpetuus hujus, qua vivimus, pacis amor et
civilis cura concordiae. 165

(Lib. IX, c. XVII XIX)

Index rerum

1943. — Palaestra Latina — N. 77-84

Alloquia sociis et lectoribus

- AVENARIUS. — Lectoribus G. Pelleterii, 67.
ACTUARIUS. — Benevolo lectori Salutem, 23.

Bibliographia

- MIR. — Guillemin, Je parle Latin; Echaurí, libro de lectura Griega, 190; F. Peeters, Quelques beaux vers d'Ovide; Dolç, Antología epigramática de Martial, 50; Rijckevorsel, Exercices Latins, 90; Diccionario ilustrado Latino-Español; Sánchez, Gramática Latina, 2.
JIMÉNEZ. — Pavón-Echaurí, Diccionario Griego-Español; Simonet, Morfología Latina; Gríera, Discursos, 87; Bosch, Cursos de Latín, 90.
TEJEDOR. — Candau, Gramática Griega, 190; Masjuán, Elementos de Griego, 90.
MOLINA. — Collin, Manual de filosofía Tomista, 2.
MESA. — Quintiliano, Instituciones oratorias, 190; Rey, Preceptiva literaria, 190.

Colloquia in scholam

- TREDUNLO - ELCANO, Gratissimus nuntius, 12.

Commercium Epistulare

- AVENARIUS - JIMÉNEZ, 60.
MIR - WAGNER, 72.
MIR - WEBER, 199.
CANALS - Scholasticis hungarisi, 103.
Postulantibus Alabonenses - Schol Lusitanis, 105.
S. A STO. JOSEPHO, O. C. D. - JIMÉNEZ, 106.
WEBER - GARCIA, 197.

Curiosa et jocosa

- 64; 88; 187; 207; 20; 40.

Cursus Gymnasticus

- MESA — Adnotationes ad textum T. Livii, 7.

De erratione G. Pelleterii

- HABERL. — 16; 67, 75; 96; 203; 16.

Exercitationes Scholares

- Canals, Sacco, 39.
Camps, Canals, Mauleón, 72.
Tomelín, Camps, Maríaño, Nogués, 66.
Sucarrat, Resina, Blasi, Arellano, Fuster, Barea, Coscojuela, Alcalde, 206.
Toldrá, Bueno, Salvá, de Blas, Rodríguez, Tolrá, Valldeoriola, Lafnez, Egüña, Sanz, 39.

Graeca

- RUIZ. — El artículo en Homero, 4; Homeri Odyssea, 19; 51; 78.

Grammatica

- MIR (Tristanius). — De Orat. relativis, 64;
Relationes loci, 78; Adjumenta Gr.,
Tempora indicativi, 10, Modi verbi, 30.
SARMIENTO. — De Syllabarum divisione, 3

Historia

- JIMÉNEZ. — Gaudeamus! Pius P. P. XII,
orbem Cordi Imm. Mariae consecratum vult, 3; Augustus imperator pacis?
91; Michaël A. Caro, 191.

Historiae T. Livii

- MESA. — 24.

Necrologia

- AVENARIUS. — In obitum Jos. Fornari, 38.

Nova et vetera

- MIR — In conspectu hiemalis imaginis, 14; In adventu veris, 46; Tempus aestivum, 70; Autumnus, 200; Mons - Balnea, 12.

Per Orbem

- MESA. — T. Livii et V. Martialis commemoratio, 31; Certamen poëticum romanum. De lingua Latina apud Hispanos hodiernos. Fridericus Plessis, 49; Usus linguae latinae; pulchrarum litterarum conventus, 187.

Poëtica

- MARTIJA. — Dulce Cor Mariae, 1.
LAS'RNA. — Ave Cor Immaculatum, 2.
VIÑAS. — Columbus, 41.
JUBERIAS. — Vir celtiberis, 68.

LUCÉSOLE. — *Regina Pacis*, 69.
MARCUS. — *Imaginulae Claretianae*, 75.
MOLINA. — *Ad Maecenatem* (Trad.), 23.

Varia

MIR (TRISTANIUS). — *Varia ex commen-*

taris, 32.
BOSCH. — *De mortis cogitatione apud Horatium*, 35.

ROZO. — *Gemmae Latinitatis* (ex libro Jos. de la Cerda, O. S. B.), 43,

1944. — Palaestra Latina. — N. 85-88

Bibliographia

MIR. — Lafín Basilio, Gramática Latina; «Religión», 57; Bonell, Antología Griega; Morán, Penagos. idem, 62; Echauri, Dic. manual Latino Español; Loefstedt. *Syntactica*. 97.

MESA (N. COMPLUTENSIS) — Torres, Collantes, Antología de textos castellanos, 57; Petitmangin, Gram. Latina; Wilmet, Une première année de Latin; S. Aliseda, Prosa Cristiana, 98; Van Dooren, Ovide, «Metamorphoses»; Albert, Virgile, (Les bucoliques et les Georgiques), 99; Piñ P. P. XII, (Encíclica sobre el C. Místico), 62.

TEJEDOR. — Ortiz, Antología Griega; González, idem.; Sánchez, Epítome de Gram. Griega, 62.

DUBLÁN. — Aparicio, «Demóstenes» (La primera Filípica); García (Criticón), 62, SANZ. — Murillo, Curso de Lengua Griega, 62.

LEGHISSA. — De Oleza, Curso de Lengua Griega, 62.

BAGARÍA. — F. A. E., Anuario de la Enseñanza privada; Sánchez, Pequeña Ant Griega, 99;

Colloquia in scholam

MESA. — Petrus Romae Pontifex, 95.

Commercium Epistulare

GUILLEN - MIR, 63; MIR - ANNEDONDO, 89; MIR - WEBER, 99; WEBER - TREDUNIO, 119.

Curiosa et jocosa, 60; 80; 100; 120

Cursus Gymnasticus

MESA. — Ex Historiis T. Livii, adnotaciones ad textum, grammaticales, 45; 87.

De erratione G. Pelleterii

HABERL — 84.

Exercitationes scholares

Conejero, Serra, Alcalde, Bosor, 42. Fanli, Espier, Roca, Tolrá, 59. Eguía, Andrés, 79. Rodríguez, Martín, Moreno, E. Canals, Mota, 82; Martín, Bonjoch, 119.

Grammatica

MIR (TRISTANIUS). — De littera S.; Adj. Gram.: «De Verbo, ejusque vocibus», 50; idem. «Infinitivus», 70; idem. «Infinitivus cum nominativo», 90.

Historiae T. Livit

MESA. — 64, 104

Nova et vetera

MIR. — Silva et venatio, 52; Mare et portus, 92.

Per Orbem

MESA. — Latinus sermo apud scholas columbianas; «Atenas» pro ingenuis litteris; Eliseus Viejo Otero, 55.

Poética

AVENARIUS. — In Angelum custodem, 42.

BAGARÍA. — Viatoris fessi cantus ad Iesum, 56.

CANALS. — In «Pulchre» censuram, 56.

MARTIJA. — Ad Rmum. Patrem Nicoláum García, 81.

POZO. — Carmen Romanae Glorie, 89.

VARGAS. — In mensem Marianum, 94.

SARMIENTO. — In mare, 111.

FANIO. — Laudes Horatianae, 103.

Varia

Certamen, 49.

Corrigenda, 79.

Epistulae liberae, 120.

Exercitationes Scholares

Hannibal ad Cannas

1) Hannibal cum exercitu transgreditur Alpes ac peruenit ad Cannas. Ibi castra posuit.

Dux Varro Romanus contra eum cum exercitu castra posuit. Hannibal, pugnam commissurus, exercitum in ordine hoc disposuit: in cornu sinistro equites Gallos atque Hispanos; in dextro cornu Numidas equites. In medio totum peditatum in hoc ordine: Afros a lateribus et in medio Gallos atque Hispanos. Cornui sinistro Asdrubal praeerat, Maharbal dextro, acieque mediae Hannibal.

MARIANUS MARTÍN, C. M. P.
Cervariae. *2.i cursus alumnus*

2) Varro in cornu dextro equites Romanos posuit, et pedites a tergo. In

cornu sinistro equites sociorum et peditatum. Pars media exercitus tenebatur legionibus Romanis cum peditibus sociis. Consul Varro cornui sinistro imperabat. Dux Aemilius cornui dextro et naeus Servilius parti mediae. Clamor ingens auditus est et pugna commissa.

Primum pugnatum est armis levibus; deinde conflixerunt equites Galli cum equitibus Romanis. Omnibus pugnandum erat frontibus adversis, quia non erat spatium exercitibus versuris. Immobilibus equis coram acie inimica, unusquisque miles turbabat equo contrarium. Pugnatum est acriter et equites Romani verterunt terga

MICHAEL BONJOCH, C. M. P.
Cervariae *ex 2 o cursu latinitatis*

Cordis Mariae Postulantibus Barbastrensis Alexander Webers. pl¹

Quando in PALAESTRA LATINA epistulas Helladis García necnon Josephi Tredunlo lectu jucundissimas conspiceram, valde gavisus sum, cum eas caritate fraternali intinctas esse sensisse. Doleo quidem, quod litteras meas tam tarde accepistis, sed velim et Vobis appareat non esse dubium, quin hoc temporibus tantum bellicosis ascribendum sit. Spero tamen fore has litteras a Vobis bona pace fruentibus quam primum legi posse. Primum quidem gratiae mihi agendae sunt pro epistulis elimatis Vestris, quas legens vere delectatus sum. Reliquum est deinde, ut ill. mo. Dno Dri. Josepho Wagner rogante Vos summati certiores faciam aliquarum rerum.

Non nescitis — credo equidem — Beatae Margaretham, filiam Belae Hungariae Regis a Summo Pontifice Pio XII in numerum Sanctarum relatam esse. Quam magna intimaque est Hungarorum laetitia! Tot saeculis post in Sanctis tandem numeramus virginem istam, quae cum filia regis fuisset, tamen in

claustro se recondidit, ubi Deum absentia et laboribus et orationibus expiaret. Quantumcumque tamen gaudium nostrum fuit, sine pompa meminimus Sanctae, quia tempora nondum apta sunt ad festa sollemnia celebranda. Rogate, fratres carissimi Claretiani, una nobiscum, ut Sancta Margaretha pacem justam diuturnamque quantocius a Deo exposcat!

Animadvertisne, boni fratres, anno praeterito jubilaeum quingentessimum nativitatis Mathiae regis Hungariae celebratum esse? Quis ille fuisset, etiam in «Juventute» explanatum est: artium, scientiarum, litterarum cultor et amator, qui optime meruit de cultura Hungarica. Memoria illius eadem est, ac memoria temporum gloriae plenorum patriae nostrae.

En his Vobis, fratres carissimi, narratis, iteratas gratias agens pro litteris Vestris. Vos salvare jubeo. Valeatis!

Dabam Budapestini, Kalendis Martii.

ALEXANDER WEBER

¹ Cfr PALAESTRAM LATINAM, n° 82, 199.

Curiosa et jocosa



In examine

87. MAGISTER: Dic mihi animal mammiferum dentibus carens.

DISC: Mea avia.

JACOBUS OLIVERAS, C. M. P.

In convivio

88 Herus servum introeuntem cum lance in qua sex vasa aquae plena, sex autem alia vacua, videt. Et:

—Ad quid, inquit dominus servo, ista vacua vasa?

—Ad quid? Illis convivis qui bibere nolint.

JACOBUS SIDERIA, C. M. P.

Barbastri.

89. MAGISTER. — Corpora, quibus res videri possunt, vocantur pelluentia. Videamus, Johannelle, dic mihi corporis pelluentis exemplum.

JOHANNELIUS. —Foramen serae.

JOSEPHUS GARCIA, C. M. P.
Barbastri.

90. —Subfrigida sunt haec ova?

—Certe; hodie pervenerunt.

—Unde?

—Ab Australia..

JOSEPHUS VIÑAS, C. M. P.

91. —Qua re arcus pluvius cum custodibus congruit?

—Quia omnes post procellam procedunt.

MICHAEL TOLOSA, C. M. P.

Barbastri.

92. —Amico quidam derisor ait: Ex his quae nescis optimum condi potest librum.

—Et alter. Et pessimum ex his quae tu scis.

JACOBUS ROSSICH, C. M. P.
Barbastri.

93. —Memor semper sum asini illius fabellae, quam mihi narrasti.

—Tantum tibi arrisit?

—Maxime, ex tunc asinum videre non possum quin' tui recorder.

JOSEPHUS M. APERTE, C. M. P.
Barbastri.

Epistulae liberae

J. GUILLEN (*Salm iuticam*). Binas accepi litteras, aluminorum elucubrationes, contingenates. — Primi ad certamen accesserunt atque optime armis decertarunt; alios contendentes opperiamur ut victores proclamemus.

S. GARAU (*Inciam*). Fasciculos PALAESTRAE ex Administratione — Barcinone, Lauria, 5, accepistine? Novum socium amice salutarius.

A. Grau (*Tianam*). Te quoque salvere jubemus tuosque impigros alumnos, qui ludos litterarios pulcherrimos in scaenam producere sciunt. Nonne aliquam discipulorum scriptiōnem mittes atque eos ad certamen PALAESTRAE invitabis?

**Ut lectoribus nostris m. februario significavimus PALAESTRA,
per menses curriculi scholaris edita, per aestatem cum sociis be-
nigne feriabitur. His igitur diebus nimios vitabitis aestus, amici,
atque plurimum valebitis.**

Typographia — F. Camps Calmet. — Teleph. 54. — Tarregae in Prov. Ilerdensi.